



3404







340

3404

204 medie "

N. Inv. 3404.

Secreta monita  
Societatis  
Iesu 92

(B. B. B. Koll. Tomis shkolasie )  
m. S. Polce.

Spis shkolasie Ex jeczniu Lek-  
tynskiego Lektona b. nowi-  
ego Matematyki i Mędry je-  
go 80 letniego; zmartwego na rok  
pośrodku sierpnem Thad. Teodora  
Postyka Kan. katedr. Krak.  
nabyte.

*Pm*

## Prefatio

Privata hec monita custodiant diligenter, ut pene  
servent Superioris paucisque ex Professis ea  
sanctum communicent, et aliqui de iis instruant  
non Professos, quanto nimis, et quanto cum fructu  
Societatis usui sunt, illaque nonnisi sub sigillo silentiu  
re quidem ut scripta ab altero, sed ex peculiari experi  
entia desumpta! Et quia multi ex Professis, horum  
Secretorum sunt consciū, ideo vel ab initio caret Societas  
ne illus conscius horum ponit ad alias Religiones se  
conferre, excepta Carthusianoru, ob perpetuam vitej  
abstractionem, et indelebilis silentiu, quod S. Sedes confir  
mavit. Cavendum omnino, ne in manus exteroru hec mo  
nita leveniant, quia sinistre ea interpretarentur de  
structioni nostre. Quod si hoc accidat [quod absit] negant  
hec esse sensus Societatis, idque y illos confirmando a no  
stris, de quibus certo constat, quod ea ignorant: oppoman  
turque his monita nostra generalia, et ordinationes, seu Le  
gula impreressa, vel scripta. Superiores etiam semper sollicite,  
et caute exquirant, an alicui externo a nostris hec moni  
ta prodita sint. Nullus etiam pro se, vel pro alio hec tran  
scribat, vel transcribi permittat, nisi concio Generali, vel  
Provinciali. Et si de asserandis tantis secretis Socie  
tatis de aliquo dubitetur, in contrarium illi imputetur,  
et limitetur.

# Cayut I.

Quomodo Societas se prestare debat, cum incipit de novo  
alicuius Loci fundationem?

1. Ut se grata reddat incolis Loci, multus conductet explicatio  
finis Societatis prescripti in Regulis, ubi dicitur: Socie-  
tates summo conatu in salute proximi incumbere, que  
ac in sua: quare humilia obsequia obeunda, Xenodochia  
pauperes afflitos, et incarcerated invisiendi causas, Con-  
fessiones promovere, et generati excipiende, ut insolita in  
omnes charitate, et rei novitate, eminentiores incole no-  
stros admirentur, et ament.
2. Meminerint omnes facultates ad exercendas Societatis  
ministeria modeste, ac religiose perpendas, et omnes tuu  
Ecclasiasticos presertim, tum seculares, quando authorita-  
te indigemus, benevolos sibi facere studeant.
3. Ad Loca distantia etiam eundem, ubi eleemosinae qua-  
ntumvis modice recipiendi, exposita necessitate Nostro-  
rum: ecclae pootea dande alias pauperibus, ut sic edificant  
ii, qui nondum Societate noverunt, et sint in nos tanto  
liberaliores.
4. Omnes eundem videantur habere spiritus, ideoque eundem  
modus exteriore addicant, ut conformitas instanti per-  
sonarum diversitate edificet. qui secus fecerint, tanquam  
nocui dimittantur.
5. Caveant nostri emere Fundos in initio: sed si quo s-  
emerint bene sitos, fiet hoc mutato nomine aliquorum  
amicorum

- 3
- amicorū fideliū, et secretorū. Et ut melius luceat  
paupertas nostra, bona que sunt vicina locis, in quibus  
Collegia habemus, et Provinciale assignentur Collegiū  
remotis, quo fieri, ut nunguā Princeps, vel Magistratus  
habeant certam notitiam reddituum Societatis.
6. Non divertant nostri cū intentione residendi jī modum  
Collegiū, nisi ad Urbes opulentas, finis enim Societa-  
tis est imitari X̄stum Salvatorem, qui Ierosolymis  
maxime morabatur, alia autē loca minus preceps  
tantū pertransibat.
7. Summum pretium a Videlis extorquendū, inculcat a  
illis summa nostra necessitate.
8. In unaguaque Provincia nemo nisi Provincialis novent  
precise valorem reddituum. Sacru autē ero, quantum  
Corpora Romana contineat.
9. Concionentur nostri, et ubique in Collegiū provalent  
se ad puerorū instructionē, et pueruli subsidii venis-  
se, ac omnia gratis, et sine Personarū acceptione pre-  
stare, ne eae in gravamen Communis, ut ceteri  
ordines Religiosi.

### Caput 2.

- Quomodo. Principium, Magnatum, et Primariorū  
Societatis familiaritatem acquirent, et conservabunt?
1. Conatus omnis ad hoc impunitis adhibendus est, ut  
Principiū, ac Primariorū, ubi vis locorū aures, et ani-  
mi Lucentur, ne sit, qui in nos audiat insurgere, quin

- imo omnes cogantur a nobis deyenderet.
2. Cum experientia constet, Principes, ac Magnates, tum yng  
serii officio personis Ecclesiasticis, quando odiosas eorum  
factas dissimulant, et in meliore partem ea yngotius inter  
pretantur, ut videre est in matrimonio contrahendis cum  
Affinibus, aut consanguineis, et similibus animandi sunt,  
qui hec et similia affectant, quae facta sunt nos istiusmo  
di dispensationes, a summo Pontifice imprestandi quo  
faciet, si explicitur rationes, proferantur exempla,  
et recitentur sententie favorabiles, titulus communis  
boni, et majoris Dei glorie, que est scopus Societatis.
3. Idem faciendum, si Princeps aggreditur aliquid facien  
dum non eque Magnatus omnibus gratius promoven  
dus enim animus, et instigandus. Ceterorum vero ani  
mi commovendis ad hoc, ut Principi rese accommo  
dent, nec contradicant, in generis tamen tantum, nec un  
qua ad particularia descendendo, ne Societati impu  
tetur, si male negotiis successerit. Et si quidem hoc ali  
quando factus, reprobetur, recitentur monita contraria  
Hec ylane, yngentia, et adheseretur authoritas ali  
quorū patrum, de quibus constat, quod hec monita il  
los lateant, qui etiā cum iuramento asserere ypte  
runt, Societatem quo ad hec, que illi improverantur,  
Calumniam pati.
4. Jurabit etiā non parvū ad occupandos Principiū ani  
mos, si Nostri dextre, et y fortis personas insinuent

ad Legationes honorificas, favorableisque ad alios  
Principes, aut Reges pro illis obeundas, presentis ayud  
Pontifice, et supremos Monarchs. Ita etiam occasione  
revel, et Societatem commendare poterunt: quare non  
nisi Zelosi, et versati in instituto nostro, eo erunt  
destinandi.

5. Alumni Principum, et domestici praeclarus, quibus fami  
iliariter utuntur, munuscula, et varia quietatis officia  
vincendi sunt, ut tandem nostros fideliter de humoribus,  
et inclinationibus Principum, et Magnatus, instruant, et  
sic illis facile se Societas accommodabit.
6. Experiencia autem docet in Domo Austrata, aliisque  
Regnis Gallie, Polonie, ceterisque Ducatis, quantum  
Societas se juvent tractandis Matrimoniois inter  
Principes, quare prudenter proponantur exquisiti  
Conjuges, qui cum Parentibus, vel amicis nostrorum  
sunt amici.
7. Femine Principes, et domesticas potissimum, que a  
Cubiculis sunt, facilime vincentur; quare ille omni  
bus modis foveantur, sic enim ad omnia etiam secre  
tissima in Familia patet aditus.
8. In Conscientio Magnatus regendis, sequantur Confes  
sarii nostri sententias illorum Authorum, qui Liberaliter  
sententias faciunt contra opiniones aliorum Religio  
rum, ut relictis illis a nostra directione, et consiliis  
toti velint dependere.

9. Tam Principes, quas Prelati, aliquae Somnes, qui Socie-  
tati extraordinarij favore registare possunt, et arti-  
cipes faciendo sunt omnium monitorum Societatis, ex-  
posito illo momento huius summi Privilegi.
10. Insinuandus etiam cause et prudenter, amplissimas ei-  
se facultates Societatis absolvendi a Casibus re-  
servatis, respectu aliorum Pastorum et Religiosorum.  
Ita dispensandi in jejuniis, debita reddendo, aut  
jetendo, in Inpedimentis Matrimonii, aliisque notis  
quo fieri, ut plurimi ad nos recurrent, et obstringant.
11. Invitandi etiam sunt sepe ad Conciones, Sodalitates,  
Orationes, Actiones, Declamationes &c, in quibus Car-  
minibus, in scriptis Thesis honorandi, et aliquando  
[si expedit] in triclinio mensa excipiendi sunt, va-  
riisque dictis salutandi.
12. Inimicitia, et dissensiones inter Magnates ad nos  
erunt detrahende, ut componantur, sic enim in noti-  
tia Familiarum, et secretorum pavulatim levemus, et  
alterutram nobis parte devincemus.
13. Quod si Monarcha, vel Princeps serviat aliquis Socie-  
tati parvus addictus invigilandus, ut sive nos, si-  
vergostius et alios illi in amicitia, et familiaritate  
Societatis inducatur, promissis favoribus, ac promo-  
tionibus Princeps, vel Monarcha suo procurar-  
dus.
14. Careant omnes quacumque ratione dimissos ad So-  
cietas

Socie-  
arti-  
ex-  
es es-  
re-  
um.  
aut  
otis,  
gant.  
tes,  
par-  
uando-  
va-  
ros  
noti-  
y, et  
cie,  
si,  
ato  
mo-  
rat,  
So-  
te

cietate, et præsertim illos, qui sua syonte ab ea descendere voluerunt a yad quemque commendare, aut promovere, quia quantumcumque illi dissimulent, semper tamen irrevocabile odium adversus Societatem gerunt.

5

15. Denique omnes ita solliciti sint Principes, Magistratus, et Magistratus cuiusque Socii conciliare, ut contra Consanguineos, Affines, et amicos suos pro illis [ quando occasio res obtulerit] strenue, fideliterque agant.

### Caput 3.

Quomodo agendum Societati cum illis, qui magna Authoritatis in Republica: et quamvis divites non sint, alius tamen modis juvare possunt?

1. Utendum est authoritate, prudentiali, et consilio eorum ad coemystionem bonorum, et acquisitionem vaniorum munierum a Societate obsecundorum, exhibito etiam facite, et plane secreto eorum nomine in augmentatione bonorum temporalium, si satis illis putetur confidendum.
2. Preter supra dictas, que fere omnia proportionaliter illis applicari possunt, curanda est gratia illorum adversus adversarios nostros.
3. Exhibendi etiam sunt ut mitigent, et compescant homines viliores, et plebes Societati contraria.
4. Et Episcopis, Prelatis, aliisque Superioribus Ecclesiæ

sciasticis pro diversitate nationum, et propensione in  
nos, ea exigenda, que fuerint opportuna.

5. In quatuor variis satis ent si procuretur, ut Pre-  
lati, et Parochii officiant, quod Subditi eorum Societa-  
tes reverentur, et ministeria nostra ijsc non im-  
pediant. At in Germania, Polonia, aliisque locis,  
ubi plus prouunt sacrosancte calendie, ut auctorita-  
tate illorum, ac Principum, Monasteriorum, Parochiorum, Pre-  
positorum, et Locorum pia fundata ad nos divelli possint  
facillime eni dunque poterimus eas in Sociis, ubi  
Catholici, heretici, et Schismatici permixti sunt.  
Demonstrandum ejusmodi Prelatis immensus fra-  
ctus, et mentis ex talibus mutationibus oriundum,  
a Sacerdotibus secularibus, et Monachis non ex-  
pectandus. Quod si fecerint, Laudandus pala illo-  
ris Zebes, atque scripsi, inculcandaque memoria fa-  
cte perpetua.

6. Curandus eo fine, ut Prelati tales nostris tum a  
Confessionibus tuis a consilios utantur: et si quidem  
in ijs sint, aut pretensione ad altiores gradus in  
Curia Romana, juvandi omni contentione ac con-  
tra amicorum, ubicumque ad hoc conferre valentius.

7. Curent quoque nostri apud Episcopos, et Principes  
ut hunc fundant Collegia, et Ecclesias Parochio-  
les, Societas habeat potestates statuendi Vicarii  
habentes curam animarum: ijsc vero Superior Loca

pro tempore existens sit Parochies, et sic totum  
regimen Ecclesie ipsius erit, et Parochiani omnes  
Societati erunt subjecti, ut quidvis ab illa impo-<sup>6</sup>  
nentur.

8. Ubi Academis sunt nobis repugnantes: vel Catholi-  
ci, vel heretici. Cives fundationes impediunt, ibi  
j. Prelatos, curandus, ut primaria Cathedra Con-  
cionatoris occupentur, et sic contingat Societatem  
aliquando necessitates, ac rationes j. occasionem  
exposituram.

9. Maxime autem Prelati Ecclesie devincendi sunt,  
quando agitur de Beatificatione, aut Canoniza-  
tione nostrorum: et tunc omnibus modis a Magna-  
tibus, et Principibus littere procurande erunt, in  
quibus appud Ecclesias Apostolica negotia promoveant.

10. Si contingat Prelatos, aut Magnates legationem  
obire, cavendus sedulo, ac proueniendus, ne a liis  
Religiosis, qui nobiscum certant, utantur, ne affectu  
in illos transferant, et in Provincias, et Civitates,  
in quibus nos meramur inducent. Quod si ejusmo-  
di Legati transiverint illas Provincias, vel Civiz-  
tates, ubi Societas Collegia habet excoriabantur  
magno honore, et pro modestia Religiosa tra-  
tentur.

#### Caput 4.

Quae commendata esse debent Concionatoribus, et  
Confessariis Magnatum?

1. Nostri = Principes Virosque Illustres ita dirigant,  
ut solus ad Majorem Dei Gloria tendere videantur  
et ad tales austeritatem conscientie, qua ipsi simet  
Principes concedunt, eos condecent. Regum statu  
sed sensu expectari debet longa directio exterma,  
et politica gubernatio.
2. Ideo igitur illis inculcandis distributione honorum,  
et dignitatis in Republica spectare ad justi-  
tia, graviterque Deum offendit a Principibus,  
si contra agant, et ex paucione procedant. Pro-  
testentur igitur, ac serio, se nullo modo velle in  
Reipublica administratione ingerere, sed invi-  
tos dicere ratione officii sui. Tum ubi semel  
apprehenderint, explicetur, quibus virtutibus or-  
nati esse debant, qui ad dignitates, et publica  
munia assumendas sunt. Rominentur tandem,  
et commendentur ab illis, qui sunt sinceri amici  
Societatis, hoc tamen non fiat immediate per  
nos, sic Princeps ad hoc coegerit. Sed ipsis  
gratia habebitur, si interponantur amici, vel  
familiares Principis.
3. Ideo circa Confessarii, et Concionatores nostri infor-  
mentur ab amicis nostris, qui pro quovis mune-  
re sint apti, presenti tales, qui erga Societas  
liberales sunt, horum nomina agi vel se habent,  
et suo tempore cum lenitatem, vive & se, si  
= ve

- 7
- ve, et alios Principibus instruunt.
4. Reminerint summopere Confessarii, et Concionatores,  
Principes suaviter, et blande tractare: nullumodo  
in Concionibus, aut privatis colloquii perstringere  
omnes favores ab illis removere, et in spe, fidei,  
et iustitia potissimum adhortari.
5. Nunquam parva vix unquam pro privato usu acce-  
ptent, sed commendent necessitatem communem Pro-  
vinciarum, aut Collegii, Domi cubiculo simpliciter in-  
structo gaudeant, neque curiose se nimis vestiant,  
et ad abjectiores Personas que in Palatio sunt  
juvandas, et consolandas se conferant, ne solis  
Magistris presto eae videantur.
6. Post mortem Officialium, quia Principes eurent, ut de  
substituendis Amicis Societatis mature agant,  
et suspitione se eximant extorti Regimenis. Qua-  
re etiam ut supra dictum est, immediate se non  
impendent, sed amicos fideles, ac honestos, qui  
sustinere invidias possunt, si quis oritur aliquando.

Caput 5.

- Quonmodo agendum cum Religiosis, qui iudeo in  
Eccllesia, quibus nos functionib[us] vacant?
1. Denus istud hominem ferendu[m] generose: et inter  
Principibus, et illis qui aliqua auctoritate po-  
tent, explicandu[m] opportune Societate omnium  
ordinum continere perfectiones per et canto, et  
exterioris in virtute asperitate. Et si singule

Religiones in aliquo excellunt, Societas vero eminē-  
tione modo lucet in Ecclesia Dei.

2. Inquirantur, et notentur defectus aliorū Religioson̄  
quibus prudenter, et plerumque yf modis desploratio-  
nis detectis, ac propositis, ostendatur minus feli-  
citer illos satisfacere istis functionibus, quibus  
nobiscum concurrunt.
3. Majori conatu eundū est contra eos, qui Scholas  
pro Juventute docenda instituere volunt, istis  
Locis, quibus cū honore, et utilitate nostri do-  
cent. Postulant Magistratus tales fore yer-  
turbationi Republicæ, nisi immediantur: que  
ab ijsimmet yueris, qui diversimode instruent,  
intelligent. Denique Societas sufficere Juventuti  
erudiende.
4. Quod si Religiosi Litteras Pontificias obtine-  
rint, aut Cardinalis commendationes pro se ha-  
beant, agant nostri contra y Principes, ac Ma-  
gnates, qui Pontifices informent de benemeritis  
Societatis, et sufficientia, ut y illas pacifice  
Juventus instruatur. Procurent etiā, et exhibe-  
ant testimonia, ad Magistratus dandas de  
bonas illorum conversatione, et institutione.
5. Interi y pro virtibus nostri student edere specimen  
singulare virtutis, et doctrina, exercendo studiosos  
in studiis, aliquaque ipsiusmodi, ludis schola-  
sticis, Magnatibus, Magistratus, et y opulo  
spectantibus.

## Caput 6.

De conciliandis Societati Viduis opulentis.

1. Designantur ad hoc opus Patres proiecti etatis complexio[n]is vivaci[s], et conversationis gratae. Ab illis visentur = et si affectum aliquem erga Societatem ostendant, vicissim opera, et merita Societatis illis offerant. quod si acceptent, et Ecclesias nostras visitare cogerint, prospiciatur eis de Confessario, a quo bene diligantur, presentis ad constantia in statu viduali, enumerando, et Laudando illius fructum, et felicitatem. Certeque respondent, et tangua[rum] ossiles promittant eternum meritum hac ratione acquirendum, et efficacissimum esse medium ad purgatorias flamas evitandas.
2. Caute, et sensib[us] mutanda, que ad gubernationem Domus spectant, sic habita (ratione), Personae, Loca, effectus, et devotiones.
3. Procuret Confessarius, ut Sacello, vel Oratorio aliqui, Domini adornando occupentur: in quo meditacionibus, ac aliis exercitiis spiritualibus vacare possent, ut facilius a Conversatione hac visitacionibus avocentur. Et si tale Sacellus habeant, Novitii a celebratione Missarum, et exhortationibus opportune faventes non abstinant, et Sacellum sub se continere studeant.

- 10.
4. Amoendandi potissimum tales domestici [sed paucati] qui cum Societate non communicant: talesque commendandi, et subrogandi, qui a nostris dependent, aut defendere velint, sic omnis quis in familia agatur variizes esse poterimus.
5. Postus Confessarii coram huc spectet, ut vidua ejus consilio in omnibus utatur, et acquiescat, quod ostendetur per occasionem eae unius funeris. Videntur profectus spiritualis.
6. Consulatur frequens totus usus Sacramentorum, prorsertim penitentia, in quo intimas animi sensa, et tentationes quaecumque libernime agerat. Deinde in frequens communio, auditus Missae iussu metu Confessarii, ad quod invitabitur cum premissis peculiaribus precibus recitatis Litaniarum, et quotidianus examen conscientie.
7. Fuerabit non parvus ad plenissima cognitionem omnium inclinationum ejus confessio generalis, licet alias alteri facta fuerit, et erat.
8. Exhortationes fiant de bonis viduitatis, de molestiis Matrimonii, prorsertim iterati de periculis, quibz simul incurruuntur, que maxime ad hominem sunt.
9. Proposendi subinde, et dextre Proci aliqui, sed tales, a quibus sicut bene vidua abhorrente. Describantur aliorum virtutum, et mali mores, ut sic universi secundas nuptias naucent.
- 11.

10. Quando ergo circa Videlicet statu affectu esse  
conset, tunc commendanda vita spiritualis [non  
religiosa] cuius incomoda potius proponenda p[er]  
qualis fuit Paule Eustochii & Perugiciatus Con-  
fessarius, ut voto castitatis saltem ad biennium, vel tri-  
ennium emiso, omnem aditum ad secundas nuptias  
occludat, quo tempore omnis conversatio cum sexu  
impatri, et recreaciones etiam cum consanguineis,  
et affinibus prohibenda, titulo majoris conjunctio-  
nis cum Deo. Ecclesiastici autem a quibus vidua  
visitabitur, aut quos visitabit, si omnes excludi-  
negueant, tamen tales sint, qui ex nostrorum  
commendatione admittantur, vel a nostrorum nutu  
dependant.

11. Huc usque ubi progressus fuerit, paulatim ad bona  
opera, presertim eleemosinas inducenda erit: que  
tamen nulla ratione prestabit sine sui Patris  
spiritualis directione, cum plurimum intersit  
ut cum discretione talentus in Sacrum spirituale  
detur: Eleemosinae male collocatae sint sepe cau-  
sa vel fomentum peccatorum, si simpliciter tantum  
fructum, ac meritum caucent.

### Capput 7.

Quomodo conservande videlicet, ac disponendum  
de bonis, que habeant.

1. Urgeantur continuo, ut pergant in devotione, et

- openibus bonis, ut nulla hebdomas transeat, quin  
sua sponte aliquid in honore Christi, B. Virginis,  
aut Patroni sui prescindat de superfluis, quod  
impendat ornati templorum; donec syolus yle-  
risque, et primitus egypte sint exuta.
2. Quod si propter communem affectus erga Societatem  
nostram liberalitatem suam testentur, idque fa-  
ceres continent, fiant omnium mentorum Soci-  
etatis participes, cum Indulcio speciali Provinci-  
alis, aut etiam [si tante Personae fuerint] Generali.
3. Si emiserint votum castitatis, renoverent illud  
more nostro bis in anno, conceava illis pro illa die  
recreatione honesta cum nostris.
4. Visitentur crebro, et facundis colloquiis, et histo-  
riis spiritualibus, ac facetius recreentur, et fove-  
antur juxta uniuscuiusque humorem, et incli-  
nationem.
5. Acceantur ingeniose a visitatione aliorum templa-  
rum, maxima deligitorum, et inculpetz illis, omnes  
aliorum ordinum Indulgencias in Societatem esse  
refusas.
6. Non tractentur nimis rigide, ne morosi fiant: ne  
forse amissa sye, gratias illarum aliunde occupata  
recuperandi, in quo magna discretione) le in-  
stanti mulierum genio judicandum.
7. Si Lugendum iussis est, permittatur ornatus Lugu-  
bris

bris, cum honesta majoritate aliquod spirituale  
simul, et mundanus sperans, ut non apprehendant,  
seu vero spirituali plane gubernari; Denique modis  
non sit spiritus inconstantia, et erga Societatem fide-  
les, ac Liberales inveniantur] concedatur quidquid  
ad sensualitates requirunt, moderate tamen, et  
secluso scandalo.

8. Collocentur etiam apud Viduas alij quelli honeste,  
Parentibus devitibus, ac Nobilibus nati, que nostro  
ru directione, ac modo vivendi, praulati assuefi-  
ant. His yresit aliqua a Confessario hujus fami-  
lie ad hoc electa, subyiciantur Syndicationibus, aliisq.  
consuetudinibus Societatis. Et que se accommodare  
nolunt, limitantur ad Parentes: describantur  
tanquam discolor, difficilis ingenii.

9. Nec minor cura sanitatis, quam salutis adhibenda  
erit, quare si de valetudine conquerantur, statim  
jejuna, cibicia, discipline alieque ygitentia cor-  
porales prohibeantur: nec permittantur ad tempore  
plu exire, vel domi secreto, et caute administren-  
tur sacramenta, dissimuletur cu illis ingressus  
in hortu, vel Collegium, modo secreto id fiat.  
Permittantur colloquio, et recreatione secreta cum  
iis, qui maxime arrisenint.

10. Pro dispositione reddituum [quos habet Vidua in  
favorem Societatis] facienda, proponatur perfectio

14

status horum Sanctorum, qui relictis mundo, Parentibus, bonis abdicatis, cum magna resignatione, et animi hilaretate Deo servierunt, exponantur in ordinis ad hoc que habentur in Constitutione, et in examine Societatis, de istiusmodi resignatione, renuntiatione, et abnegatione omnium rerum. Allegent exempla Viduarum, que scilicet in Sanctus brevi evaserunt, cum syne Canonizationis, si sic usque in fine perseveraverint. Ostendaturque ijsis non defuturas ad hoc Nostrorum auctoritate Pontificis auctoritatem.

11. In primis ijsis firmiter, si conscientia perfecte quieta frui velint, omnino sines murmuratione, tediis, aut ulla remissionali interiori, sequenda esse rat in temporalibus, quas in spiritualibus Confessarii directione, tanquam a Deo peculiарiter destinatis.

12. Instructandis quoque gratius eare, si Personis Ecclesiasticis, maxime Religiosis spectat, et exemplaris virtute eleemosinas suas dant, nonnisi consilio, et approbante Confessario.

13. Cavebunt Confessarii, ne quocumque pretextu Viduz erubescantentes, alios Religiosos invitent, aut familiaritate cui illis inceant, quod impedit conabuntur, suo tempore de predicando Societatem tanquam Ordinem superlativum, utilissimum in Ecclesia, majoris auctoritatis auctoritate, et Principes omnes: perfectissimum in sa, quin dimittit noxiis, et non idoneos, adeoque sines su-

=ma

15

16.

17.

- M
- ma), et facibus vivet, quibus scatent. Monachi plerumque  
indocti, bardii, segnes, salutis sui incurii.
14. Quod si in vita sua Vida ex pleno bono sua Societate  
non inscripserit, proponatur illi y occasione, et preventio  
inguente gravi morbo, aut periculo vite, exercitus, novitas,  
et multitudine Collegiorum nonnullus fundatorum, inducantur  
suaviter ad sumptus faciendos, quibus eterna gloria  
sunt fundatur.
15. Proponant, et prouideant illis ordinarias pensiones, tri-  
buta quibus subleventur annuatim Collegiorum, et domo  
nisi Professorum debita preciaue Domus Professorum Roma-  
ne, nec immemores sint ornamentorum tamyle, Ceray,  
Vini, ad celebrationem Missae.
16. Ide faciendus cum Principibus, et Benefactoribus  
aliis, persuadendus ingua ea, que perpetua sunt in  
hoc mundo, et in altero eterna illis gloria ad Deo  
paritura. Quod si hinc aliqui malevoli alligent exem-  
plum Christi, qui non habebat ubi cayit reclinaret,  
velintque socios Iesu scilicet eam pauperinos, ostend-  
atur et serio imprimatur, Ecclesia passa in omni-  
bus eae mutata, et Monarchia facta, que auctori-  
tate, et potentia magna fuerit, et debet contra poten-  
tissimos inimicos, et eae lapides illius parvus excidit  
qui crevit in monte maximus, predictus y Profeta.
17. His, que addicti sunt eleemosynis, et ornati tem-  
pleris, ostendatur crebro, summa perfectione in eo

consistere, quod terrenarum rerum amore sese exuen-  
tes opus est, ejusque socios eorum propositore efficiant.  
18. Sed quia minima semper operandus a Viris, que li-  
beros suos ad secula dirigunt, videbitur.

### Caput 8.

Quomodo faciendus ut filii, et filia Viri caritatis reli-  
gioum, ac devotarum statu amylectantur.

1. Sicut Matribus fortiter, sic nostris suaviter in hac  
materia est agendum, Matres nimis instruendae  
ut Proli sue reprehensionibus castigationibus mo-  
lestis sin de teneris. Dum profectiones praeferim  
filia fuerint, muliebres ornatus, et claudia illis ne-  
gent. Operandus sepe, et Deum rogando, ut ad statu  
Ecclesiasticis aspicient, et sollicando invigiles dorem,  
si moniales esse voluerint. Exponant sepe difficulta-  
tates, que in Matrimonio sunt omnibus commune,  
et quas iusmet in particulari experte sint, dolen-  
do, quod celibatus suo tempore Matrimonio non pre-  
tulerint. Denique sic agant continuo, ut filia pre-  
serbit tali vita apud Matrem tali modo transigende  
de statu Religiosa cogitant.

2. Cum Filii conversentur nostri familiariter, si  
guida ad Societas nostra afferri si fuerint, indu-  
cantur opportune in Collegio, et ostendantur, et  
explicantur illis ea, que commoda, grata futura, et  
ad Societas amylectenda invitatura creduntur  
ut

ut sunt horti, vineae, domus rurales, et praedae, ubi  
nostris sece recreant. Narretur illis itineratio ad di-  
versa Regna, Communicatio cum Principibus Mundi  
et quaque juvenilestates oblectant in Refectoriis  
et cubiculis exterior mundities, blanda conversatio  
inter nostros, Regule nostre facilitas, cui tamen  
compromissus est Regnum Dei, ordinis denique no-  
stri super alios praeminentia, et colloquia simul  
facta cum illis admirantur.

3. Moncantur quasi in revelatione interdu<sup>3</sup> ad Reli-  
gione in genere, deinde tanta insinuetur perfectio  
et commoditas pre ceteris, exponanturque tum in  
privatis colloquiis, tum in publicis exhortationibus,  
qua<sup>3</sup> sit grave constata vocatione Divina calcitrare,  
tandemque inducantur ad facienda exercitia spi-  
ritualia, ut de statu vite diligendo concludant.
4. Procurent nostri, ut huiusmodi Adolescentes  
instructores habeant Societati addictos, qui  
continuo invigilant, et portentur: si autem re-  
clutentur, subtrahantur hinc inde eloqua, ut  
fedio afficiantur. Exponat mater difficultates  
familie, id si non adeo ita commode fieri posset,  
ut suadente animus ad Societatem adjiciant,  
mittantur Studiorum titulos ad remota Societatis  
gymnasia, et ex parte Matris pauca mittantur  
solatia, ex parte vero Societatis adhibeantur, ut  
affectione in nostros transferant.

Cayut 9.

De redditibus Collegiorum augendi s

1. Nemo, quantum fieri potest ad ultimam Professionem  
admittatur, quamdiu successiones aliquas exspectet,  
nisi Fratres, et junioris habeat in Societate, vel ob al-  
lis graves causas. In omnibus tamen, et ante omni-  
a consuendum est amylicationis Societatis secun-  
dum fines Superioribus notos, qui in hoc scilicet con-  
siderent, ut Ecclesia ad M. D. P. pristino ritui rest-  
natur, et totius Cleri, nonnisi unus sit spiritus, qui  
circa frequenter monendus est, et praeceps promulgans  
de Societatis parte constare in Professis adest men-  
dicis, ut preter Largitiones quotidianas fideliis, care-  
ant omnibus omnino, partit etiam alios Pastibus paup-  
ribus quilibet, sed qui prouident bona stabilia, ne sint  
in gravamen populi: pro studiis, ac fundationibus  
Iuis, ut sunt ceteri mendicantes. Ideoque serio incu-  
centur Conglavaris Principis, Magnatus, Viciarii, et  
aliorum [a] quibus Societas mulierum sperare potest ea, que  
hanc materialis concernunt, ut dum Spiritualia illis con-  
ferrunt et divina, ad minimus terrena, et temporalia ab  
illis recipiant. Neque vix unquam omittant occasiones  
recipiendi, cum offertur. Si autem promissus fuerit, et  
difforatur, prudenter in memoria revocetur, quantum  
tamen fieri potest, omnes affectus erga divitas dissimu-  
lando. Quod si quis ex Conglavaris, sive Magnatus, sive  
aliorum

13

aliorum ad hec in praxi redigenda minus industria videatur, tempore, et caute amoveatur, alio in ejus locis sufficit. Et si necessarius sit ad maiorem dignitatem satisfactionis, ad remotoria Collegia relegateur, dicendo: Societas plurimus illius Personam, ac talentis indigere. Nuper enim audivimus, juvenes Vides im- matura morte preventas, negligentia nostrorum superlectiles valde pretiosas templicis Societatis dicatas, non legare, eo, quod tempestive acceptata non erant: neque ad similia acceptanda tempus, sed bona Confidentia voluntas spectanda est.

2. Prelati, Canonici, Pastores, aliquae operantem Ecclesiasticis, industriis variis ad exercitia spiritualia sunt aliciendi, et paulatim sic mediante affectu erga res spirituales, Societate conciliandi, Leinde eorum Libertas paulatim prognosticanda.

3. Non negligant Confessarii interrogare Penitentes suos [opportune tamen] de nomine, familia, Affinis, Parentibus, Amicis, Bonis: leinde spectare successiones eorum, statu intentionis, ac resolutionis oportebit, quam si nondum sumperirent Societati favorabilem, iurabit persuadere. Quod si spes aliquius utilitatis prima fronte offulget, quia non excedit de omnibus simul interrogare, jubeatur, sive titulo majoris dilucidationis conscientie, sive penitentie medicinalis, hec clamatori confiteri, et honeste ab eis Confessario in-

vitentur, ut quod una vice inquirere non posuit, pluribus inquirat. Quod si successent ex voto, si f emina fuent? ad persistendū in frequenti Confessione, et visitatione, si vero ad sodalitatem frequentandā, et familiaritatē nostrorū quoquomodo inducat.

4. *q*ue de Vitiis dicta sunt, eadē agenda circa Merca-  
